

David Richter


Acta Friderici Wilhelmi, Ducis Meclenb. Gl. Rec. In Gloriosissimo Natali Sereniss. Ducis atque Principis, Domini Christiani Ludovici, II. Ducis regnantis Meclenburgici ... Cras V. D. Hor. III. Pomerid. Celebrandum ... Humanissime Et Officiosissime Invitaret, Renovata

Gustroviae: Fritzius, 1749

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832385522>


Druck Freier  Zugang





DK-9453 (1)





ACTA

FRIDERICI WILHELMI

DUCIS MECLENB. GL. REC.

IN GLORIOSISSIMO NATALI SERENISS.

DUCIS atqve PRINCIPIS,

DOMINI

CHRISTIANI

LUDOVICI, II.

Ducis Regnantis Meclenburgici, Principis Vandalia, Sverini & Raceburgi, Comitis item Sverinensis, Terrarum Rostochii atqve Stargardiae Dynastæ,

DOMINI ET NUTRITORIS NOSTRI

CLEMENTISSIMI,

CUM AD EANDEM

SOLENNIORIBUS PUBLICISqve ORATIONIBUS,

IN GYMNASII DUCALIS AUDITORIO MAJORI

CRAS V. D. HOR. III. POMERID. CELEBRANDAM,

PATRES utriusqve REIPUBLICÆ,

UT IISDEM BENEVOLE AUDIENDIS

FREQVENTES ET CUM GRATIA INTERSINT,

HUMANISSIME ET OFFICIOSISSIME INVITARET,

RENOVATA,

A

M. DAVIDE RICHTER, Rect.



GUSTROVIÆ, Stanno FRITZIANO, 1749.

*Im. Dux. Gubernator
FRIDERICUS*

188.

gachautborhanig

ACTA
FRIDERICI WILHELMI
DUCIS MECLINB. GL. REC.
IN GLORIOSISSIMO NATALI SERENISS.
DUCIS atqve PRINCIPIS

DOMINI
CHRISTIANI
LUDOVICI II.

Ducis Regentis Meclenburgis, Principis Vandalis,
Saxoniae Raczburgis, Comitis item Sacrae Palat. Te-
saurarum Rostochii atqve Starogardiae Ducis,

DOMINI ET NUTRI TORIS NOSTRI

CLEMENTISSIMO
CUM AD EANDEM
SOLENNIORIBUS PUBLICIS
IN GYMNASIO DUCALIS AUDA
CIVITATIS V. D. HOR. III. Pomer. C.


PATRES utriusqve REIPUBLICAE

UT IISDEM BENEVOLE AUDIENDIS
PRESENTES ET CUM GRATIA INTERSINT
HUMANISSIME ET OFFICIOSISIME INVITARET
RENOVATA,

A
M. DAVIDE RICHTER, REC.
GUSTROVIAE, Stanno FRITZIANO, 1742.

Handwritten: Ludov. Rich. Richter
FRIDERICO

Handwritten: Gustroviae



J. N. D. A!



ovam lætioresqve induerat Patria nostra faciem, cum novus horizontem Meclenburgicum Sol illustraret, mox medelam exitiæli Ducatus aviti divisioni allaturus. Postquam enim A. 1692. d. 11. Jun. defuncto Patrueli, *CHRISTIANO LUDOVICO I, FRIDERICUS WILHELMUS* successerat: *GUSTAVUS* etiam *ADOLPHUS* A. 1695. d. 26. Octobr. ad beatas transierat sedes, hic, discussis nebulis, exoriebatur Phoebus, nec pluribus impar regionibus. Quam præclare rem suam domi forisqve gesserit, quantam suæ prudentiæ & munificentiæ reliquerit gloriam, brevior regiminis laudatissimi terminus satis testatum fecit facietqve. *FRIDERICO* sane *WILHELMO* nemo Ser. Ducum Meclenb. fuit felicior, qui Numorum a se cusorum beneficio superstitem se posteritati conservasset atqve ad futura etiam secula gratam Sui transmisisset memoriam. Ut enim de usualibus consulto taceam monetis, iisque optimæ notæ, suam nobis reliquit imaginem aureis, argenteisque, cujuscunqve
a 2 etiam

etiam generis modulive, impressam, cujus lautæ atqve bea-
tæ suppellectilis tam amplam ante hos 14. annos venerari no-
bis licuit segetem, ut ejusdem adspectu intimi gaudii sensu ta-
cti, *Vitam F. W. numismaticam* integra oratione perscribere
valuerimus. Omni enim seculorum memoria digni habebun-
tur Nummi Ejusdem genethliaci, eucharistici, solemnes, ga-
mici, aliiqve varii generis, qvia adeo scienter ora æternumqve
Optimi Principis vultum referunt expressum, ut nullæ Vene-
res in iisdem non spirare, ipsumqve monetarii coelum arti scul-
ptoriæ manus intulisse, videantur. Vere enim de iisdem præ-
dicamus, quod AURELIUS olim CASSIODORUS Lib. 6. Epist.
7. de numismatis suæ ætatis protulit: *Imago Principum subje-
ctos videtur pascere per commercium, quorum consilia invigila-
re non desunt pro salute cunctorum.* Ipsa præterea faultissi-
mi nominis ratio, secundo suo minime caruit omine, quam
potentissimo Electori & Supremo Prusiæ Duci, suarum Ter-
rarum Amplificatori vere Magno, grata recordatione debuit,
originemqve Brandeburgicam oppido refert. Licet etiam non
operæ esset nullius, vitas Ser. Ducum Meclenb. ex hac ipsa
impositorum nominum conditione & origine illustrare, qvia
gratam pristini temporis memoriam renovat, nosqve Illorum
docet necessitudinem, quæ Ser. Ducibus pro temporum ratio-
ne intercescit cum aliis Regibus & Germaniæ Principibus; hac
tamen vice solas curabimus Constitutiones, Statuta, Edicta,
Ordinationes, Mandata, vel quocunqve alio nomine easdem
ornare placuerit Leges. Intemeratam enim fidem facient,
singulisqve, quæ de laudatissimo Principe dici potuissent plu-
ribus, suam confirmabunt veritatem, nullisqve indigere fucatis
laudibus aut precaria gloria res præclare gestas, egregie com-
probabunt. Quid? quod vitio datum fuisse Historicis, recen-
tissimis autem quam maxime, video, a Summo Viro, qui A-
vorum nostrorum memoria primus nobis vias aperuit *Am-
plificandi Scientias*, quod in consignandis Principum suorum
histo-

historiis nullam Legum ab iisdem latorum habuerint rationem. Hinc in *Historia regni HENRICI VII.* Anglor. Regis, SPANHEMIO, (*Viro, omni laudum genere dignissimo, omnisque antiquitatis peritissimo & Legationibus gestis illustri, ex sententia Gisb. CUPERI, in Apoth. Homeri p. 10. & p. 208.*) BOSIOQUE in *de Compar. Prudent. & Eloqv. Civ. § 51. p. 20.* eximie commendata, his utitur apud SPANHEM. de *usu Numism.* diss. 6ta, p. m. 581. verbis longe gravissimis: *Præcipue vero, (nostro quidem iudicio) hoc ipsam optimis Historiæ Scrip- toribus desit, quod scilicet non satis crebro summarie referant Leges maxime memorabiles, quæ temporibus, de quibus scripserint, perlatae sunt; cum sint Leges Acta Pacis Principalia. Etsi enim in voluminibus Legum ipsarum maxima ex parte reperiri soleant, neutiquam tamen hoc tam bene informat iudicium Regum & Consiliariorum & virorum civilium, quam se videant eas descriptas, & veluti depictas in Tabulis Temporum. Quod si itaque tanta quam plurimos obsedit incuria, ut desiderata etiam Legum ipsarum volumina deficient, quis ergo ægre feret, licet non depictas, ex Verulamii voto, in tabulis Temporum, Leges exhibuissemus, a nobis tamen summarie easdem fuisse relatas atque indicatas? Romanis Imperatoribus laudi ducitur æternæ, per incisas Numis literas SANC- TITATI, VIIS, VIIS MUNITIS, SECURITATI, ROMÆ RENASCENTI, FELICITATI TEMPORUM, PROVIDEN- TIÆ DEORUM, TUTELÆ PATRIÆ, &c. &c. operam de- disse, suo fastigio, suaque Augusti persona dignam. Et nos conticesceremus de Optimis Patriæ nostræ CONSERVATO- RIBUS, TUTATORIBUS, STATORIBUS, RECTORIBUS? Vide hanc in sententiam pluribus SPANHEMIUM in *Illustri Opere de Usu & Præst. Numism.* passim; in compendio au- tem p. 93. sqq. Adde laudatum CUPERUM in *Utilitate, quam ex Numismatis Principes capere possunt, in calce Apoth. Homeri p. 305. & sqq.* Hanc certe a nostris mentibus prohi- beat*

beat Deus, & profecto prohibet impietatem. Sint proinde maneatque Constitutiones Principum, divinæ Eorundem virtutis, testes sempiternæ. Diffiteri quoque non possum (cur enim dissimularem?) me ex alia quoque, forsitan haud leviori, causa impulsus fuisse, ut Tabularum Legis curiosam habendam duxerim rationem. Omnes enim mecum sentient, Principum Ordinationes ita comparatas esse, ut suo pondere optimas, etiam quorumvis privatorum literas atque consilia longissime superent. Nemo profecto Luthero melius auctoritatem horum Statutorum habuit cognitam, Fürsten-Briefe, in-
 quiente, soll man zwey oder drey mahl lesen. Denn Sie sind bedächtlich geschrieben. Haud tamen Te fugiet, quod, quemadmodum *in proeli concursu, res abit a consilio, ad vires vimque pugnantium*; ita mite quoque Sapientissimi Clementissimique Ducis ingenium, salubrioribus consiliis locum relinquens, plurima sibi vendicet, multa vero etiam Amicis, Purpuratisque suis adscribat propria, clavum reipl. ita prudenter olim moderatis atque dirigentibus, ut publica etiam utilitas ad Subjectorum fere singulos redundarit. Quare religioni nobis fuit, hæc literarum genera aut negligere, aut oblivioni tradere, aut chartis volantibus accensere, sed digna potius habere, quæ recenseantur. Habeat itaque *FRIDERICUM WILHELMUM*, grata posteritas Principem, cujus virtutes non solum legat, sed etiam imitetur, neque impensæ operæ non poeniteat, liceat Aliis *in tenui labor* omnis videri possit frustra consumtus atque occupatus. Indictum tamen nolui, quædam nos debere amplificati *KLUVERI* Part. 1. p. 451. quam tamen non sine provida mentis circumspectione sequi licuit. Locus impressioni non adjectus, id subinde prodet. Alia autem vel Amicorum Fautorumque gratiæ referes accepta, pauciora denique meæ qualicunqve tribues diligentia. Aliquando etiam scriptorum quorundam factam senties mentionem, quæ potiori jure ad controversias publicas, quam ad Principis

pis Mandata referenda fuissent; id vero ipsum parce admodum
 factum deprehendes, & eum maxime in finem, ut quantis
 negotiis distracta fuerint Collegia Ducalia, quantisque Lu-
 minibus resplenduerint, intelligas, animadvertasque. Quin
 vero & horum scriptorum memoria conservanda sit, vitam
 Ser. Ducis consignaturo, nemo, præter imperitos, temere
 negabit. Parum denique abest quin id periculi mihi subeun-
 dum esse metuam, fore nempe permultos, qui aut aliquam
 multa a me præterita observaverint, aut qui hoc genus Scri-
 pturæ a vitæ meæ conditionibus alienum judicaverint. Sed hi
 erunt fortasse, qui cum magno illo Politico reprehendent
 Summum Grotium, (a quo tamen tantum me differre publi-
 ce profiteor, quantum lenta viburna ab altis Cupressis) quod
 Terentium leclitarit, & ita quidem assidue, ut eundem quo-
 que comitem secum traxerit. Quemadmodum vero id re-
 sponsi ferebat a Grotio ille Politicus, teste MORHOF. in *Pa-
 lybist. Alia legimus in his pueri, alia viri*: ita etiam hi di-
 scant Judices, in Principum Constitutionibus alia legi ab Poli-
 tico, alia ab Historico, aut qui Historico materiam commemo-
 randi suppeditat indicatque. Me certe hujus mei consilii
 adeo non poenituit, Friderici nostratis Wilhelmi Vitam ex
 Ipsius Decretis consignasse, ut potius sæpe optaverim, Alterius
 cujuscumque Principis vitam ita depictam conscriptamque extitis-
 se. Sciens prudensque omittam, quod *πολιτικωτατος* ille
 Summus olim Angliæ Cancellarius, meliorique fato dignissi-
 mus, FRANC. VERULAMIUS de *Augm. Scient.* Lib. II. cap.
 7. p. m. 128, cum *justam Historiam trium esse generum, pro
 ratione objecti, quod sibi proponit representandum*, docuisset,
*CHRONICA sive ANNALES, portionem aliquam temporis
 exhaustientes, celebritate & nomine excellere* judicasset; *VI-
 TAS* autem, *quæ personam singularem, memoria dignam ex-
 biberet, fructu & exemplis abundare* affirmasset: *RELATIO-
 NES* autem *actionem aliquam sive rem gestam ex illustriori-
 bus*

bus sinceritate & veritate esse commendabiles: medio tamen generi potiores tribuerit partes, idque l. c. latius persecutus fuerit. Hoc vero ipsum, quantum conferat ad prudentiæ uberioris indagacionem & cotidianum vitæ usum, cum incomparabilis BOECLERUS in suo ad *Corn. Nepotem Libro Commentario* p. m. 6. - 10. tum Jenensium Boeclerus, J. A. BOSIUS, de *Compar. Prud. Civ.* § 69. p. 28. uberrime post Baconem docuerunt. Sed forsitan nimis fuerim in asseruendi & commendandi Statuta Patria, studio. Claudam itaque præfationis nostræ limites cum Ejusdem Verulami, de Dignitate Legum, aphorismo 37, quæ clausit æternum suum de Augm. Scient. Opus, atque postea etiam Sermones suos Fideles, ubi p. 357. is ita legitur: *Jurisdictiones istæ (de quibus aphorismo præcedenti exposuerat) in supremis tantum curiis resident, nec ad Inferiores communicantur. Parum enim abest a potestate Leges condendi potestas eas supplendi, aut extendendi aut moderandi.* Jam itaque ad ipsum Aulæ Curiaque Templum aditus Tibi pateat & Edicta Optimi Principis recognoscere liceat.

Anno 1692.

Gustav. Adolphs und Frid. Wilh. Contributions-Edict, gegeben zu Schwerin d. 6. Octobr.

Anno 1693.

Frid. Wilh. Contrib. Edict. d. 11. Jan.

Gemeiner Bescheid, Parchim d. 13. Jan.

NB. Gemeine Bescheide von 1575 - 1716. uno fasce connectim prodire, Gultrovix 1716. & von A. 1661-1703. Sverini 1703. Ergo illas porro prætermitemus.

Declaration und Erklärung gegen Chur-Brandenb. in puncto der Eventual-Succession in den Mecklenb. Landen, d. 12. Jul. und Churfürst Friderici Gegen-Erklärung, eod. Plura ad hanc

hanc rem docebit Consult. Dn. Nettelblatt in Notitia Scripto-
rum Ducatus Megapol. p. 192.

Erhaltene Kayserl. Lehn-Briefe vom 26. Aug.

Confirmation der Schwerinschen Schützen-Zunft.

Anno 1694.

Frid. Wilh. Edict wieder das Jagen in der verbotenen
Zeit, worinn zugleich dessen Befehl, denen Hunden auf dem Lan-
de die Schleiß- oder Zwerghnütteln von 5 viertel Ellen lang anzuhängen, Sver. d. 20. Febr.

Vergleich mit Adolph. Frid. getroffen zu Lübeck d. 19.
Aug.

Anno 1695.

Mecklenb. Kriegs-Recht, Klüber I. p. 444. & p. 468.

Wegen Verpflegung der Bettler, vom 4. Mart.

Constitution wegen der wüsten Häuser und Hausplätzen
in denen Städten, Schwerin d. 29. Mart.

Publication des Edicti Hrn. Georg. Wilhelmi zu Braun-
schweig-Lüneb. sub dato, Zelle, d. 8. Jan. 1695. worinnen allen
Lüneb. Vasallen anbefohlen wird, das Absterben eines Lehn-
Manns innerhalb Jahres-Frist zu melden, Publicatum Schwere-
rin, d. 13. Aug. 1695.

Contributions-Edict, gegeben zu Sternberg d. 28. Octobr.

Scripta de Jure Primogenituræ five Successionis inter Ser-
Dom. Sverinensem & Strelicensem hoc & lqq. annis in lucem
emissa fideliter indicat Dn. D. Nettelblatt in Notit. Scriptorum
Ducatus Megapolitani p. 155. lqq.

Kaysers Leopoldi Patent wegen der Provisional-Regie-
rung. ibid.

Anno 1696.

Wegen der Jagd, Güstrow, d. 22. Febr.

Daß die Ritterschaft soll ihr Lehn-Recht an die Güter do-
ciren. Schwerin, d. 24. Mart.

Wegen

Wegen Verkaufung der Haack-Waare, vom 20. Junii.
Die wöchentliche Markttage betreffend, Schwer. d. 9. Jul.
Wegen ausgetretenen Unterthanen, Schwer. d. 21. Aug.
Contributions-Edict. Schwer. d. 26. Septembr.
Münz-Edict.

Anno 1697.

Jagd- und Forst-Edict, Public. Güstrow, d. 22. Febr.
Daß kein Vieh aus dem Lande getrieben noch Korn daraus
verfahren werden soll. Public. Güstr. d. 1. Mart.
Leopoldi Lehn-Brief über das Herzogthum Güstrow, d.
14. Mart. Conf. Nettelblatt p. 145. & p. 158.

Confirmatio privilegiorum Civitati Wittenburg olim in-
dultorum, Sver. d. 12. Aug. Conf. Illustr. Dn. de Ludwig Re-
liqv. MSTor. Tom. X. p. 51.

Ausschreiben zum Landtag nach Sternberg, auf den 27.
Novembr. An. 1697. de dato Sverin, d. 30. Septembr.

Dissert. de Officio Directorum & Ducum circularium in
Executione sententiarum, von der Crayß-ausschreibenden Für-
sten und obersten Amt bey Vollziehung der Urthel. Latine &
germ. §§ 27. comprehensa.

Scripta eidem opposita vid. ap. Dn. D. Nettelblatt p. 160.

Anno 1698.

Mecklenb. Feuer-Ordnung in der Residenz-Stadt Schwe-
rin, d. 4. Jan.

Ed. wegen der Mast-Schweine, Schwer. d. 17. May.

Von Abschaffung der ärgerlichen Pfingst-Gilden, ibid.
d. 3. Jul.

Wegen Ausschaffung der frembden Bettler, und Erhal-
tung der im Lande gebohrnen wahren Armen und Verhütung
aller Diebställe und Plagvereien, Schwer. d. 1. Aug.

Alius

Alius Edicti contra Cingaros ab Gustavo Adolpho 1684.
d. 12. Febr. promulgati & A. 1698. d. 10. Octobr. renovati
mentionem facit Kluver p. 465.

Wegen Auf- und Annehmung der Franzosen, Schwerin,
d. 24. Octobr.

Contributions-Edict, Schwer. d. 5. Novembr.

Renovirtes Privilegium denen beyden Juden, Michael
Hinrichsen und Benedix Goldschmitten, ertheilet, daß kein an-
derer Taback, als mit dieser Juden Stempel gezeichnet, ins
Land geführet werden soll, Schwer. d. 1. Decembr.

Constitutio wegen der Catechismus-Lehre a Kluvero p. 453.
indicata, æque minus ad Gust. Adolphi tempora referri potest,
ac alia, wegen Ausfuhr des Kornes, p. 462. relata.

Anno 1699.

Wegen Ausfuhr des Rockens, Gersten und Habern, vom
9. Febr.

Interims-Regierung Constitution wegen der Sabbath-
Feyer, und wegen Ausfuhr des Kornes.

Contribut. Edict, Schwer. d. 24. Novembr.

Huic quoque F. W. non vero G. A. tribui possunt.

Constitutio wieder die Bettler, vom 21. Febr.

Dienst-Ordnung im Amte Bishoro, Schwer. d. 23. April
in der 2ten Sammlung, Num. ult.

Wieder die Zigeuner, vom 9. Aug.

Anno 1700.

Wegen Veränderung des Calenders, vom 3. Januar.

Interims-Regierung wegen Veränderung des Calenders,
vom 3. Jan.

Articuls-Briefe, vom 30. Mart.

Herzogs Carl Leopolds Prætenſion und Recht auf das Herzogthum Güſtrow, d. 3. Maj. Plura hanc in rem ſcripta docebit Conf. Dn. Nettelblatt. p. 161.

Interims-Regierung Jagd-Edict vom 1. Maj.

Berordnung wegen der Amts-Führen, Schwer. d. 1. Jul.

Duell-Edict vom 10. Jul.

Ausſchreiben zum Landtag auf den 15. Septembr. zu Sternberg d. 6. Aug.

Notifications-Schreiben, daß der auf den 15. Septembr. nach Sternberg ausgeſchriebener Land-Tag, bis auf den 12. Octobr. prorogiret ſey, Schwer. d. 28. Septbr.

Explication des am 3. Maj. herausgegebenen Edicti, daß durch Ritter- und Landſchaft, die ungebührliche und in entſetzliche Summen Ihnen durch die Aemter angemachte Subcollection der Jhrigen, ernſtlich unterſaget wird. Schwer. d. 15. Octobr. nebst den deſſals herausgegebenen Edict, ſub dato, Schwerin, d. 3. Maj.

Anno 1701.

Wegen verbotenen Verſpielens, Schwer. d. 13. Jan.

Vergleich zwischen Herzog F. W. und Herzog Ad. Frid. II. vom 8. Mart. Pleniorem titulum aliaque pacta gentilitia hoc ipſum argumentum annumque concernentia ſuppeditabit Dn. D. Nettelblatt p. 152.

Vergleich mit der verwittweten Herzogin Magd. Sibylla vom 19. Mart.

Alle gewaltsame Werbungen verboten, Schwerin, d. 9. Mart. Plurimum Edictorum Friderico Wilhelminorum d. 12. Mart. d. 2. & 5. April. plagia hæc militaria prohibentium, mentionem videbis factam, in diſp. MANZELIO-STEMWEDIANA, Jus Criminale Meclenburgicum exhibente, Sect. 3. § 36. P. 59.

Die

Die Austreibung der magern Schweine verboten, Schwerin, d. 30. Maj.

Wegen der Seif-Siederey und deren Handels, Schwerin, d. 16. Jun.

Resolutio ad Gravamina und Vergleich mit der Ritterschaft, d. 16. Jul. Pleniorem utriusque Scripti titulum & controversias inde enatas docebit Nettelblatt p. 207.

Denen Fuhrleuten verboten, Passagierer und Packen mitzunehmen oder zu fahren an den Tagen da die Post gehet, Güstrow, d. 23. Aug.

Wegen Extraordinairen Fuhren so aufferhalb Hofedienst geschehen, Schwerin, d. 10. Octobr. In der 2ten Sammlung Num. 9.

Wegen der Land-Neuter, Voigte und Stadt-Knechte auch deren Kinder, Schwerin, d. 4. Novembr.

Wegen der Gästereyen auf Hochzeiten und Kind-Tauffen in denen Städten und aufin Lande, Schwerin, d. 13. Decembr.

Wegen Reparirung der Wege und Stege, Brücken und Dämme, Schwerin, d. 13. Decembr. Müns-Edict.

Anno 1702.

Fürstl. Mecklenb. Interims-Reglement, wornach die Milice zu richten, oder wegen Verpflegung der Milice, Schwerin, d. 1. Jan.

Wegen des Rad-und Müs-Holzes, Schwerin, d. 24. Jan.

Wegen verbotener frembder Werbung, Schwerin, d. 8. Febr.

Daß denen Hunden Prügel oder Oberknüttel sollen angehangen werden, Güstrow, d. 28. Mart.

Vergleich mit der Stadt Rostock wegen der Besagung und cedirten Ober- und Nieder-Jagten in der Rostocker Heyde, d. 28. Mart. Pleniorem habet titulum Nettelblatti Notitia p. 112.

Verordnung bey der eingeführten Consumtions-Steuer in
der Stadt Bügow, Schwer. d. 5. April.

Wegen verbotenen Verspiels, Güstrow, d. 8. Maj.

Dienst-Ordnung, Scil. Hofdienste, Schwer. d. 16. Maj.
in der 2ten Sammlung Num. 10.

Forst- und Cammer-Ordnung, wie viel Weyden jährlich
sollen gepachtet, und wie viel Bäume jährlich sollen gepflanzet
werden, Schwer. d. 16. Jun.

Daß auf den Adlichen Gütern ohne Consens kein hart
Holz gehauen, und jung Holz wieder zu gepflanzet werden solle,
vom 16. Jun.

Wieder die Holz-Verwüstung und wegen Sezung der
Paht-Weyden, Schwer. d. 16. Jun. forsan cum superioribus
coincidit.

Reichs-Hoffrahts Protocollum Herzog G. A. hinterlassene
Schulden betreffend, d. 20. Jun. ap. Pötcker I. p. 17.

Holz-Ordnung wornach sich ein jeder bey Vermeidung
schwerer Strafe zu achten, Schwer. d. 1. Jul.

Schulzen- und Baur-Ordnung, wornach sich ein jeder in
den Fürstl. Amts-Dörfern bey Vermeidung schwerer Strafe zu
achten, d. 1. Jul. In der Sammlung Num. 6.

Wegen der Adlichen Hirsch-Jagd, Schwer. d. 19. Jul.
Daß die Advocati die gerichtlichen Erkänntnisse sollen aus-
lösen, Schwer. d. 26. Jul.

Wegen der Soldaten-Pässe, vom 27. Aug.
Consumtions-Steuer-Ordnung in beyden Herzogthümern
Mecklenb. Schwerin und Güstrow, Schwer. d. 12. Septembr.

Aller Hand- und Wandel mit Victualien und Wahren,
wie auch Mälken und Brauen zum Verkauf und Ausschrecken
auf dem Lande verboten, Schwer. d. 12. Septbr.

Von Heiligung der Sonn-Feyer- und Beht-Tage, item
von der Catechismus-Lehre und veränderten Stunden des Got-
tesdienstes in der Woche, Güstrow d. 24. Septembr.

Wegen

Wegen Reinigung der Gassen in Parchim, Schwerin, d. 16. Octobr.

Wegen des Brenn- und zum Verkauf vergönneten Holzes, Schwer. d. 16. Novembr.

Veränderungen der Consumtions-Steur, Schwerin, d. 14. Decembr.

Anno 1703.

Publicirte Kayseel. und des Reichs-Kriegs-Declaration wieder Frankreich, Schwer. d. 25. Jan.

Rescript an das Land- und Hofgericht, daß die Resolutiones ad Gravamina de A. 1701. vim Juris erhalten, und Sie extra & in Judiciis sich darnach richten sollen, Rostock d. 17. Mart.

Contributions-Edict, gegeben zu Rostock d. 26. Mart.

Berordnung, darinnen allen Pastoribus wird anbefohlen, eine accurate Specification aller ihrer Beicht-Kinder innerhalb 4. Wochen einzusenden, Rostock, d. 27. Apr. Hanc forsitan constitutionem Kluverus p. 460. ita extulit: wegen Zehlung der im Lande befindlichen Leute.

Instruction an 4. committirte Räte, die Mecklenburg, Güstrowische Schulden zu classificiren, Vötker III. p. 51. 54.

Daß die Schriften der Advocaten in duplo sollen übergeben, und von denen Advocatis mit ihrem Tauf- und Zunahmen deutlich unterschrieben werden, Rostock, d. 21. Maj.

Superint. G. Relation ad Sermum wegen einer von dem Hrn. Geh. R. v. P. vorgenommenen Vocation, Intimation der Wahl etc. ohne Zuziehung des Superintend. Rost. d. 26. Jul.

Provisional-Berordnung wegen der bürgerlichen Nahrung, Krüge und Handwercke etc. auf dem Lande, und Immunität des Adels, Rost. d. 18. Septbr.

Daß man im ganzen Lande Eine durchgehende Scheffel, Elle und Törnen-Maaf samt Gleichheit der Gewichte soll gehalten werden, Rost. d. 18. Septbr.

Wegen

Wegen Annahme der auf dem Lande sich findenden Hand-
werckern in den Städten und Nemtern, Rost. d. 18. Septbr.
Declaration und Conditiones, so denen zur 2ten Colonie
zu Bürow sich angehenden frantzösischen Flüchtlingen ertheilet,
Rost. d. 24. Septbr.

Wieder die Fürstl. Strelitzischen Schillinge, darinnen sie
abgesetzt, Rost. d. 27. Septbr.

Wegen des Süßer, und Einfuhrung des frembden Salzes,
Rost. d. 8. Octobr.

Wieder die Fürstl. Strelitzischen Groschen, Rostock, d.
19. Octobr.

Contra Cingaros, d. 10. Novembr. adducitur a Conf. Dn.
MANZELIO l. c. p. 60.

Wegen der Schlägerey auf der Univeritat Rostock, mit
der Academie Verboht vom 19. Novembr.

Land- und Hofgerichts gemeine Bescheide, welche zu Par-
chim publiciret werden, gedruckt zu Schwerin.

Citatio Creditorum Herzog G. A. und 4. Fürstl. Rätze
und Commissarien unterthänigste Relation und Gutachten, we-
gen der Güstrowischen Clasificatur Urtheil, Rost. d. 19. Nov.
apud Potker I. p. 19-43.

Anno 1704.

Mecklenb. Lehn-End, absqve dato.
Schulzen und Bauer-Ordnung, Klüver. p. 442.

Renovirtes Edict wegen der Jagd, d. 4. Febr.
Cartel zwischen Preussen und Mecklenb. vom 4. Mart.

Wegen Abschaffung der Pfingst-Gelder, (forlan Pfingst-
Silden) vom 28. Apr.

Nebencontributions-Edict, Rost. d. 17. Septembr.
Hochfürstl. Mecklenb. Rang-Ordnung, d. 27. Jul.

Wegen der räudigen Schafe vom 22. Septbr.
Distributions-Urtheil, d. 9. Octobr.

Wegen

Wegen der Sabbath-Feyer vom 20. Octobr.
 Daß das Concept des Lehn-Rechts nicht Juris autoritatem
 haben solle, Rost. d. 4. Decbr. Conf. Dn. Nettelblatt p. 139.

Wegen verringerter Licent zu Bülow, auf das ausgehende
 Bier, Rost. d. 15. Decembr.

Diarium des Landtags zu Rostock de 704. Speciale Anzeige
 der Landes Angelegenheiten, welche wieder den Vergleich 701.
 vorgenommen worden, nebst der Hochfürstl. Resolut. ad hæc
 gravam. MST. In Catalogo Burmeister. p. 58. n. 39.

Anno 1705.

Andertweitige Ordnungen und Rescripte in Sachen der
 Schulzen und Unterthanen, Schwer. d. 2. Jan. In der 2ten
 Sammlung Num. 7.

Wegen der verbotenen Jage-Zeit, Schwer. d. 15. Febr.

Wegen der Pest in Groß-Pohlen und hereinkommenden
 Juden, vom 20. Febr.

Wieder die Ausfuhrung, auch Ausklaubung der besten
 Mecklenburg. Land-Wolle, d. 2. Mart.

Wegen Beforderung und Verbesserung der Wollen-Ma-
 nufacturen, Schwer. d. 15. Mart.

Schau-Ordnung über die Wollen-Weberey, Schwer. d.
 30. Mart.

Declaration von Anbau und Extendirung der Schelfe zu
 Schwerin, Schwer. d. 26. Jun. Im vermehrten Kluver Part. 2.
 p. 595-616.

Erneuertes Edict wegen Verschonung des von dem Schelfe
 Werder übergetretenen weissen und bunten Dahm-Wildes,
 Schwer. d. 13. Jul.

wegen der Jagd, Schwer. d. 15. Jul.

Schulzen-Eyd, welchen die sämtlichen Schulzen des Amtes
 Schwan d. 24. Jul. würcklich abgeschworen haben. In der 2ten
 Sammlung ad Num. 7.

Bier

Vergleich wegen der Gränzen zwischen Sarrenthin und
Gudow-Segran, Schwer. d. 5. Aug. apud Potker III. p. 45.

Nebencontributions-Edict, Rost. d. 12. Septbr.

Revers an Herzog Adolph Friderich zu Strelitz, wegen
der Boizenburg. Zoll-Gelder, d. 15. Septbr.

Contribut. und Nebencontribut. Edict, gegeben zu Mal-
chin, d. 1. Octobr.

Verboht daß das so genannte Mecklenb. Lehn-Recht bey
Vermeidung 50. Rthlr. Strafe nicht gerichtlich zu allegiren, Rost.
d. 4. Decembr. forsan cum Mandato superioris anni coincidit.

Facti Species, daß die Crayß = ausschreibende Fürsten die
Prinzeßin Maria Elisabeth in die Possession des Klosters Rühne
nicht setzen können, A. 1704. Pleniorem Titulum & cætera huc
spectantia Scripta invenies apud D. Nettelblatt p. 162.

Anno 1706.

Wegen der Gästroschen Taback's-Spinnerey, Schwer.
d. 11. Jan.

Reglement welches bey der Milice observiret werden soll,
vom 1. Apr.

Erneuerte und vermehrte Forst- und Holz- auch Jagd- und
Wild-Ordnung, wie es nemlich in denen Forsten, Wäldern und
Gehegen der gesamten Herzog- und Fürstenthümern Mecklenb.
auch ratione der dazu gehörigen Gränzen und Scheiden hinführo
gehalten werden solle. Schwer. d. 29. Apr. plagg. 6. Conf. Con-
sult. Dn. Nettelblatt. p. 133.

Cammer-Ausschreiben, wenn Pensionarii oder andere Be-
ambten vor der Cammer citiret werden, Schwer. d. 3. Maj.

Wegen der Beamten und Pensionarien-Rechnung, Schwer.
d. 4. Maj. In der 2ten Sammlung Num. 3.

Wegen ausgetretenen Unterthanen, Schwer. d. 5. Maj.
Ibid. Num. 8.

Wegen des Mecklenb. Scheffels, Schwer. d. 26. Jul.
Des Mecklenb. Adels Brau-Recht etc.

Extra-

Extractus aus dem Regensburg. Reichs-Fürsten Raths-
 Protocollo de 706. die Schwerin. und Strelitz. Streitigkeiten
 betreffend, MST. In Catalogo Burmeister. p. 64. n. 84.

Anno 1707.

Renovirtes Vest-Edict, Schwer. d. 9. Jan.
 Fürst-Brüderlicher Unions-Vergleich, ratione Juris Pri-
 mogenitura & Apanagii, Schwer. d. 31. Jan.

Wegen der Deserteurs, vom 18. Febr.

Series Processuum seit A. 1664. u. s. w. contra die Hrn. zu
 Mecklenb. von Ritter- und Landschaft zu eigenem Nachtheil ge-
 führet, fol. Item Ausführl. Bericht von Mecklenb. Ritterschafft
 Ungehorsam seit Kayserl. Conclusis von 1707. Venit in Biblio-
 theca Succoviana p. 64. num. 8. & 13. ubi & plura videbis ad
 hanc controversiam spectantia scripta, plenius recensita a D. Net-
 telblattio l. c. p. 207. Conf. infra A. 1711.

Contribut. und Nebencontrib. Edict, Malchin d. 7. Oabr.
 Propositio facta Senatui & Civibus Gustrov. a Duce F. W.
 707. nebst andern dahin gehörenden Sachen MST. In Catalo-
 go Burmeister. p. 61. n. 58.

Anno 1708.

Erläuterung der Mecklenb. Kirchen-Ordnung, Schwer. d.
 2. Jan. Scripta huic Dilucidationi opposita vid. apud Dn. D.
 Nettelblatt p. 128.

Wegen Hegung und Verschönerung des bey Schwerin ge-
 legenen, so genannten Buchholzes, Schwer. d. 20. Jan.

Vergleich zwischen Herzog F. W. und Hers. Christian Lu-
 dewig über einige Neben-Puncten, Schwer. d. 23. Mart.

Consumtion und Steuer-Ordnung in denen Städten des
 Herzogthums Mecklenb. Schwer. d. 29. Mart.

Befehl, von Parchim das Hofgericht zu verlegen nach Gü-
 strow, Schwer. d. 28. Apr.

Jo. Wilh. Rehfeldt Orat. auf die Vermählung Friderici I.
 Reg. Pruss. mit Sophia Lovisa, gedr. 1708.

Wegen

Wegen der Schäffer, Molckenpacht und Schäffer-Lohn,
Schwer. d. 12. Octobr. In der 2ten Sammlung Num. 4.

Wegen Ausfuhr des Korn, vom 19. Novembr.

Rede des Vice-Präsidenten von Hoinckhusen bey Intro-
duktion des Hofgerichts zu Güstrow.

Post-Ordnung und Post-Taxt.

Mecklenb. Dienst- und Fuhr-Ordnung.

2 Berichte von Herz. F. W. an Kayf. Majest. d. 25. Sept.
1708. 1) de non amplius contraveniendo recessui de A. 1701.
2) de abducendo milite &c. Aliquoties occurrit in Catalogo
Burmeisteriano. Anno 1709.

Renovirte Post-Befehle, vom 9. Jan. u. 12. Aug.

Wegen der Licent-Bereiter, Schwer. d. 16. Jan.

Wegen Ausfuhr des Korn, vom 9. Febr.

Herzogs Carl Leopolds, Dienst-Fuhr- und andere Ord-
nungen, wie es künstlig hin im Amt Dobberan soll gehalten, und
darnach gelebet werden, Dobberan, d. 6. April. In der 2ten
Sammlung Num. 10.

Erneuerte Constit. wegen der Hunde, vom 11. Maji.

Wieder die Kirchen-Dieberey, vom 15. Maj.

Rescript an das Land- und Hofgericht, die Ehe-Sachen be-
treffend, Schwer. d. 9. Aug.

Wieder die Bettler, vom 12. Novembr.

Wie es zu gefährlichen Zeiten mit denen Extraord. Behör-
den solle gehalten werden, Schwer. d. 16. Novembr.

Post-Ordnung, Schwer. d. 30. Decembr.

Wegen Beforderung der bürgerlichen Nahrung.

Wegen der Contribution zwischen Ihro Durchl. und der
Ritterschaft, gallice.

Anno 1710.

Fürstl. Mecklenb. Verordnung über einige zum Policiey-
Wesen in der Stadt Schwerin gehörige Stücke; als die Ver-
sorgung der Stadt mit allerhand notwendigen Victualien; Ab-
schaffung der schädlichen Vor- und Aufkauffereyen vor den Tho-
ren,

ren, und aufm Markte; Haltung der gewöhnlichen Wochen-
 Märkte am Mittwoch und Sonnabend; item von Fleischern,
 Beckern und Brauern; auch Zulassung der benachbarten
 Schlächter und Becker aus denen nahe gelegenen Städten; ic.
 von Wein und Bier, von Bier-Proben, wie auch von Maas,
 Ellen, Gewicht und dergleichen, Schwer. d. 24. Febr.

Rechts begründete Rationes, warum Schweden den ange-
 legten Warnemünder Zoll aufzuheben und abzustellen im Stande
 Rechts gehalten sey, aliaque huc facientia vide ap. Nettelblatt
 p. 181. & in Catalogo Burmeisteriano p. 5.

Wegen des Postwesens und Neben-Führen, Schwer. d.
 25. Jul.

Fuhr-Reglement, Schwer. d. 1. Aug.

Forst-Ordnung, d. 4. Aug.

Wegen Einführung der Waaren von verdächtigen Der-
 tern, vom 8. Septbr.

Wegen Einpassirung durch Nebenwege, vom 7 Novembr.

Wieder die Landstreichende Siegenner, vom 13. Decbr.

Wegen der Pest, vor die Thor- und Gränz-Schreiber, vom
 13. Decembr.

Wegen der grassirenden Pest.

Anno 1711.

Kays. Commission zu Hamburg super quanto & modo
 contributionis zu denen Fortifications und Gvarnisons-Kosten,
 varia peperit scripta, recensita a Dn. Nettelblatt p. 164 & p. 208sq.

Wegen der Pfarr-Kirchen zu Güstrow Debitoren, Schwer.
 d. 28. April.

Confirmation des Boizenb. Stadt-Pfand-Buchs, Schwer.
 d. 9. Jul.

Wegen der Deferteurs, vom 8. Octobr.

Wieder das Berauben der Posten, vom 20. Novembr.

Reglement wegen der Land-Milice, Schwer.

Defensio des Mecklenb. Adels Brau-Rechts, nebst Refu-
 ration der Mecklenb. Städte Beantwortung.

Anno 1712.

Vorstellung an Kayserl. Majest. wegen Bedrückung des Nordischen Krieges vom 6. Febr. aliaque quam plurima indicat Dn. Nettelblatt p. 183. & Catalog. Burmeist. p. 56. n. 86. Reichs-Gutachten über den zugefügten Schaden, d. 3. Oabr. ibid.

Wie gegen die zur Einnahme und Berechnung der Herrschaftlichen Gelder und andern Einhebungen bestellte Bediente zu verfahren, wenn sie selbige veruntreuen, Schwer. d. 15. Mart. In der 2ten Sammlung Num. 5.

Confiscation einer fameusen Schrift, Schwer. d. 13. April. Hanc Epistolam indicabit Nettelblatt p. 209.

Wegen des Vieh-Sterbens, Schwer. d. 13. Aug.

Renovation der vorigen Contagions-Edicten, ibid. eod.

Wegen der Mast-Schweine, vom 22. Aug.

Wegen der Städte Zehenden, vom 29. Octobr.

Anno 1713.

Kayserliches Protectorium vor Herz. F. W. vom 16. Jan.

Memoriale an die Reichs-Versammlung wegen competirender Indemnifation und Satisfaction des von den Nordischen Allirten zugefügten Schadens, vom 18. Maj. und 16. Jun.

Der Schwed. Gesandtschaft Beantwortung, derer in dem ans Reich gebrachten Mecklenb. Schreiben wieder die Schwed. Generalität enthaltenen Gravaminum. In MSTo veniit in Catalogo Burmeister. p. 61. n. 59.

Has vero leges non tantum ferendas curavit FRIDERICUS WILHELMUS, sed etiam ut valerent, effecit. Dignus profecto, ut, quemadmodum olim in funere Augusti, cum de honoribus Eiusdem exequialibus in Senatu consultaretur, Gallus Asinius apud Tacitum *Annal. l. 8. 4.* censuit, *ut legum latarum tituli anteferrentur*, iisdem honoribus cohonestatus fuisset, postquam Deo Legique naturæ paruerat A. 1713. d. 31. Jul. Princeps desideratissimus. Quod si enim verum est, de quo tamen nemo dubitat, Leges inter Acta Principalia locum occupare principem, Constitutiones profecto Friderico Wilhelmi-

oana

82

helmi-

helminianæ, sicuti gesta Principum cætera, ex sententia *Corn. Nep. Epam. I. 4. a plurimis omnium anteponentur virtutibus.* Sed inferiorem me, infantissimumque, profiteor his quidem ordinationibus laudandis. Deo potius T. O. M. immortales ago gratias, quod hanc lætiores mihi subministraverit scribendi materiam, hoc faustissimo Natali *Serenissimi Ducis atque Principis, DOMINI CHRISTIANI LUDOVICI, II. Ducis Regnantis Meclenburgici &c.* cui autem præter pias ac simpliciter conceptas preces, nulla sacrare possum alia officia atque vota, lætus licet videam & ab his quoque aras Templorum omnium jam esse oneratas. Hic ergo sanctissimæ religioni nostræ locus erit relictus, ut ex coetu nos audientium, publicos producam humillimi mei officii pietatisque interpretes, *Insignium Meclenburgicorum* explicationi & illustrationi operam duros. His enim vere secundis Natalibus cras V. D. circa horam 4. finitis in utroque templo sacris pomeridianis, cathedram adscendendi facultatem sibi compararunt

*Juvenes ad meliora nati, atque ex morum pietate
& Literarum elegantia sese commendaturi,*

I. WENCESL. JOH. GUSTAV. KARSTEN, Gustrov.

Orat. Lat. *Secundam Galeam cornibus bubulinis ornatam* inter Insignia Meclenb. interpretabitur.

II. CHRISTIAN DANIEL ALSTORFF, Gustroviens.

Carm. germ. canet *Tertiam Galeam, sive Fugum illud alarum aquilinarum.*

III. JOACH. CHRISTIAN ZOCH, Ribbenicens.

Orat. Lat. exponet *Galeam novissimam, nempe Septem illa vexilla equestris.*

IV. HARTWIG FRID. HANE, Witteburgo-Meclenb.


Orat. germ. dicturus, *von der Glückseligkeit eines Landes, das den Szepter eines gerechten Regenten küsst.*

Dum enim hoc exoptatissimo die, omnes gratulationibus ferviunt, in nostro Lyceo tacuisse, turpissimum foret. *Vota præterea,*


terea, superiori anno, hoc ipso lætissimo die & in hac ipsa SPIRITUS SANCTI officina, publice nuncupata, solemniter erunt solvenda, quia eorundem nos reos factos esse, ipsa SERENISSIMI DUCIS REGNANTIS salus comprobatur & incolumitas. Spem vero porro Tuam alant, Tuamque superet vota, quem in Tuis oculis geris, *Sereniss. Princeps FRIDERICUS* Tuus, Princeps suæ ætatis & Juventutis Meclenburgicæ, qui rara Patriæ nostræ felicitas, dulce literarum præsidium, & solum fere posteritatis firmamentum, cum *Sereniss. Coniuge LUDOVICA FRIDERICA*, ut lætiores semper ex Amaltheæ cornu fructus TIBI, Tuisque vexillis afferant, cum *Sereniss. Principe LUDOVICO*, cui hæc quidem Majorum Suorum tropæa & insignia, Serenissimam Fortunæ concilient faciem, ut lætus *Juventutis signifer*, victoriæ Signa, Sibi Suæque Ser. Domui asservet propria. *Sereniss.* etiam Principum Filiarum Par, Reverendissimam nempe Dominam Abbat. *ULRICAM*, Ejusque *Sereniss. Sororem*, Dominam *AMALIAM* radiata semper exhilaret Solis facies. Sol ille justitiæ, ex sua fide & data promissione, exoriatur *ILLIS*, quia Nomen timent Divinum, & sub Ejusdem expansis alis sanitatem i. e. vitam, omniumque rerum adfluentiam, summamque perpetuæ felicitatis constantiam, inveniant. *IS* suo Numine *EASDEM* protegat, sapientia illustret, radiisque cœlestis lucis fulgentes, diutissime conservet.

Vos autem, *VIRI SPLENDIDISSIMI, PATRESQUE UTRISQUE REIPUBL.* qui omnes animis lingvisque Tanto favetis Principi, pietatem vota que nostra accendite, *VESTRÆ* que honorificentissimæ præsentis copiam date, ut *VOS*, optimorum exemplorum documenta, in illustri posita, coram intueri Juventus possit, atque inde capere, quod sibi imitandum proponat. Ita non solum mei laboris, tædiorumque levabitur cumulum, sed omnem quoque movebo lapidem, ut, alia quavis occasione, nostram exhibeamus præstemusque inserviendi atque obsequendi alacritatem.









De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick
 Cum deinde turbulentum *Brunsvicum*, mox vero Gv
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut
 fementes, dictaqve Monasteria latius enarrabunt Auto
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*
xon. Super. p. 941. In templo Cathedrali Halensi
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17
CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II. p. 286 - 2
Jac. THOMASII, Oratt. p. 121. *LANSII Consult.* p. n
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

